

IN LAVREÆ TROPHÆA  
IACOBI ODETTI  
FOSSANENSIS

*Præclarissimorum Ingeniorum Monumenta,*  
QVIBVS CVM PLENIS COMITIIS  
in ordinem Doctorum Ticini est cooptatus,  
*ILLIVS NOMINI, ET FAMAE*  
*illustrata est gloria.*

A LVDOVICO VISMARIO I. C.  
& in Ticinensi Gymnasio publico Legum Interprete  
COLLECTA.



TICINII, Ex Officina Typographica Petri Bart. MDCX.

JACOBI  
FOSSA

Præfationem  
in ordinem  
ALLIUM

A LUDOVICO  
& in Titenti  
COLLEGI

TICINI, Ex Officina Typographica



PERILLVSTRI  
IOANNI BAPTISTÆ  
COSTAE I. C.

*In Ticinensiq; Academia Iuris Pontificij  
Interpreti Primario.*

LVDOVICVS VISMARIVS I. C.  
S. P. D.



T est præclarum, omniq̃ue  
laude dignum in ciuili facul-  
tate versari: sic in ea excelle-  
re magnum quiddam est, at-  
que laboriosum. Hoc au-  
tem non aliundè proficisci, quam à sum-  
ma difficultate, quæ in hoc genere inclu-  
sa latet, neminem vel mediocriter in hoc

studio

studio versatum arbitror ignorare : cuius  
quidem rei non obscurum is facile depræ-  
hendet argumentum , qui ad miram eo-  
rum paucitatem , quibus nunc contingat  
hac arte præstare animum , cogitationem-  
que referre non grauetur : vnde autem  
huius incõmodi culpa manauerit , si quis  
de me quærat , quærenti illi nullo nego-  
tio satisfaciam : statuo enim sic , non ipsi-  
us rei vitio , sed miserabili quorundam  
interpretum inscitia id factum esse , qui  
vniuersam hanc legitimam facultatem in  
densissimas errorum tenebras coniecerunt,  
sic vt sempiterna propè nox eidem offusa  
videretur ; cui quidem malo nisi à poli-  
tioris litteraturæ hominibus , hoc est ab  
ijs , qui in hoc genere sine controuersia  
excellere putantur subuentum esset , tur-  
pissimis inscientiæ maculis iurispruden-  
tiam inquinatam in sordibus , in squa-  
lore planè iacere nunc etiam videremus ;  
sed

sed diligenti, atque accurata horum industria, cum summa eruditione coniuncta, veteri dignitati est restituta, factumque ut lucem tandem aliquando in ea respicere cœperimus: bonarum quippè omnium artium præsidio, & rerum antiquarum cognitionis ope, cuius ignorantia nostrorum interpretum mentis acies ita perstricta est, ut de recta iuris locorum sententia deflexerint, vniuersamque hanc æqui, & boni artem multis errorum involucris, & quasi integumentis quibusdam obtenderint, quamplurima iuris nostri loca hoc præcipuo nomine obscura mirificè illustrarunt; multa etiam Triboniani, vel imperitorum interpretum inscitia deprauata ab omnibus mendis vindicarunt. Quæ tu quidem vnus omnium probè nosti Colta doctissime; tu enim is es, qui eò semper studia tua consulisti, ut ab hac nunquam satis laudata

obitus

¶ 3

inter-

interpretandi ratione ne latum quidem  
vnguem discederes; ex quo factum est,  
vt penè afflictam, iam iamq; cadentem  
ciuilem hâc scientiam pro virili tua sub-  
leuatam excitaueris, in hacq; Ticinensi  
Academia perfecti munus interpretis, non  
minori approbatione, quam concursu,  
nunquam non expleueris. Neque verò  
hanc partem ita amplexus es, vt eam, qua  
ad singula quæque negotia ex æquo, &  
bono dijudicanda informamur, præter-  
miseris; qua in re ab ijs, qui priori in ge-  
nere, summa quidem cum laude vigila-  
runt, peccatum est; sed ita effecisti, vt di-  
spari occupatus in studio, pari tamē cum  
laude, quod certè quam paucissimis in  
omni ætate contigisse nemo nescit, sis  
versatus: quod ipsum plane testantur  
præclara ingenij tui monumenta, quæ  
æreis typis diuulgata passim circumfe-  
runtur, quæ hoc nomine ab omnibus ita  
auide

auide excipiuntur, itaque probantur, ut  
hoc illustrandi iuris civilis institutum à  
te retineri omnes valde velint: ego verò  
pro tuo singulari posteritatis iuuandæ stu-  
dio, quod mihi minime est obscurum,  
igniculis quibusdam cupiditatis ita in-  
cendor, ut maxime sperem, ita autem  
spero, ut futurum pro certo mihi persua-  
deam; quod ut facias à te etiam, atque e-  
tiam peto; sic enim fiet, ut eadem via  
duobus perfunctus muneribus, & com-  
muni studiosorum vtilitati consulas, &  
gloriæ tuæ mirificè seruias: quamquam  
ut hoc facias ne monendus quidem es;  
neque enim te tui vnquam dissimilem  
præbes, sed quam suscepisti prouin-  
ciam, eam ita sustines, ut constan-  
tiam, animique firmitatem iure in te  
requirere nemo possit: deinde verò curas,  
cogitationesque tuas ita semper institui-  
sti, ut facile constet studiosorum vtilitate



in cōsilijs tuis nihil tibi esse antiquius, ni-  
hil prius: quingenta enim ipsi iam anni sunt;  
cū in hoc publico inuigilas docēdi mu-  
nere; quæ quidem temporis spatium, quantū  
utilitatis vniuersæ huic studiosorum mul-  
titudini, quæ in hoc Ticinensi Gymnasio  
efflorescit quammaximè, à te sit allatum,  
is facile viderit, qui te eum esse nouerit,  
qui tui studiosos non inquinata doctrina  
inficias, atq; corrumpas, sed egregio quo-  
dam, propeq; singulari docendi genere  
per directam semitam ad cognita, peni-  
tusq; perspecta, in vnumq; exitum spectā-  
tia, & nunquam fallentia huiusce legitimæ  
Philosophiæ principia facile ducas. Non  
longius abiero; do tibi pro re nata testē lo-  
cupletissimū, adolescentē ornatissimū, IA-  
COBVM ODETTVM nostrū, qui te au-  
thore, & duce hoc disciplinæ genere erudi-  
tus miro oīum consensu, & applausu proxi-  
mis superioribus diebus I. C. est renuntia-  
tus; ita enim se gessit, vt quid, quantumq;



posses in excolēdis eorū, qui tibi in discipli-  
nam sese dant, ingenijs nemo vnquam a-  
pertius declarauerit; siquidem præclarū sui  
specimen omnibus præbuit, in omniumq;  
animis egregiā de se ipso opinionē excita-  
uit. Quare, vt initia se dant, in spem venio  
fore, vt I. C. non vnum aliquē de plebe, sed  
de ijs, quorū ad numerum aspirare paucis-  
simis licet, hoc est tui similem eum simus ha-  
bituri. Quid enim de hoc adolescente spe-  
rare, aut expectare non oportet? qui carum  
artium, quæ ab humanitate nomē accepe-  
runt Phylosophiæq; studio excultus atq;  
expolitus pedem in vestigijs tuis ita sta-  
tuit, vt te oī studio, atq; animi contētione  
imitando exprimere conetur. Sed quid spe-  
rē? imo verò futurū polliceor ipse mihi; eū  
hanc meam de hoc adolescente opinionē  
à doctissimis viris videā confirmari, qui  
omni omnium laudum genere eum cumu-  
larunt, quæ feci non inuitus, vt in tuo no-  
mine apparerent. Primum q̄ intelligerem,

me rem eidem gratam facturum, si poemata hæc tibi inscripta emitterentur; ita enim te diligit, atque obseruat; nihil ut in optatis habeat magis, quàm ut ipsius erga te beneuolentiæ, atque obseruantia perpetuum aliquod extet monumentum. Deinde verò quòd non magis cum, quàm te ipsum mihi videntur laudibus exornare, qui ipsius laudum author, & quidam quasi opifex fueris, quamquam tu is es, qui tacito quodam, atque domestico præconio te omnibus ita præclare commendas, ut nullo tuarum laudum bucinatore egere mihi videaris.





NE IACOBE ODETTE

AB AMORIS FAMÆQ; SACRIS

TVA SECLVDATVR VIRTVS; TE HIC

MVSARVM SENATVS

VT IVRIS LVMEN HONORAT, ET NVMEN IVSTITIAE

NEC AETAS TIBI HONOREM ADIMET

SED ALET FAMA VIRTVTIS: QVAE SOLA

NESCIT MORI.

QVARE HENR. FARNESIUS EBVRO

TIBI CVM CAETERIS

TICINEN. COLLEGII PATRIBVS

VNICE PLA VDO.



IN THE OFFICE OF THE

SECRETARY OF THE

STATE OF VIRGINIA

IN SENATE

AT TESTIMONY

BEFORE ME

THIS DAY

OF THE

MONTH OF

19

AT WASHINGTON

BY









HERMANNI  
YTTERI  
CARMEN.



*LIM* (credere si modò Poetis  
Fas) in arbitrium Phrygis sub Ida  
Tres venisse simul Deae feruntur.

*Te Dinae totidem, IACOBEO DETTE,  
Convenerere: THEMIS, sed una utraque  
Plus tibi placuit datrix honorum.  
O factum benè: ò IACOBEO rectè  
Verè iudicij: cui prae honore  
Sordens omnia. Perge, perge honores  
I laetus cape. spondeo, capeſſes;  
Si verus THEMIDIS ſi es Sacerdos.*

A

Hesse

IOANNIS PETRI

DE CONTENIIS

I. V. D. & Lectoris.

ANAGRAMMATISMVS.

IACOBVS ODETTVS

I. Doctor es natus

**H**esperidum Prisci Vates flavescere in hortis,  
Arboris è ramis aurea mala canunt.

Hæc vigilis servat custodia seuæ Draconis  
Letaq; sic Nymphe gaudia mente trahunt.

Es vigil ipse Draco, es Sophia cultissimus hortus,  
Te licet dulces ducere in axe dies,

**NATVS** ut ES DOCTOR terris, sic Victor in astra  
I. properans alacri pectore, curre, vola.



*Strenuus*



## D. AVRELIJ VALERII

## EPIGRAMMA.

**S**Trenuus ut miles, qui Martis captus amore  
Inclusa cum magno bella labore gerit.

Paulatim tandem ad summi fastigia honoris  
Ducitur, & certa premia laudis habet.

Sic tu multa ferens percurrrens Palladis Artes  
Castalio ut biberes pocula mixta mero.

Duceris ad vera tandem fastigia laudis  
Et merita ex meritoserta labore geris.



IN LAVREAE TROPHAEA

D. Gregorij Rasi  
Valombrosani.

EPIGRAMMA.

**E**cce Heliconis aquas libasti mente suaves  
Mella tuis Charites inseruere labris.

Optatis sacro quibus ornas tempora lauro  
Ambrosias ergo cingere ODETTE Comas.



## Gabrielis Salvatoris.

## EPIGRAMMA.

**O** S meritiò dat ODETTE tibi qua Musa rotundū,  
Doctis te dictis instituitq; suis.

En tua qua virtus ingentia premia confert,  
Agglomerans titulis clara Trophea tuis.

It Comes inflatis semper tibi gloria velis;  
Floribus & varijs stemmata digna parat.

Arrident IACOB E tibi pia numina Cæli;  
Quem natura colit dotibus eximijs.

Vive diu felix, spirat felicior aura,  
Qua facit ut vivas clarus utroq; Polo.



# Ioannis Dimissiani Doct. & Theologi.

## EPIGRAMMA AD AVLAM.

**F**lva comas Generosa phalanx intermicat auro  
Virtutis, Papiæ pandit & arte decus.

O si quis niteat certus sub corde lapillus  
Prodiret quantus fulgor, & inde decor?

Nec mora; namq; aurum cingit iam luce lapillus,  
Roscidulusq; ruens atria splendor obit.

Et quot purpureis noctu micat ignibus æther,  
Tot tu purpureas enomis ore faces.



Non

## Mauritij Lobetti

## EPIGRAMMA.

**N**on huic Pierides tenuem legere corollam,  
 Calitus at capiti laurea ferta fluunt?

Miraris? Divina nitet Sapientia menti

Ergo Divinum par quoq; munus erit.

Vt rosa languescit vireant cum laurea semper

Serta, erit ODETTI sic super astra decor.



Ioannis Sozomeni Doct.  
& Theologi.

EPIGRAMMA.

**F**ronte sub adversa Acrocerania surgere Epiri,  
Ducta per Hesperios fama superba refert.

Felices qui summa tenent fastigia montis,  
Non superum tangent fulmina iacta caput.

Te quoque felicem celebrent longo ordine Nymphae,  
Dum superas sophia tela inimica virum.



Ioannis Mathiæ Busto  
Doct. & Theologi.

EPIGRAMMA.

**C**loris honorato distinguit pectora flore,  
Aversoq; tumens Sole renidet humus.

Decertant violæq; crocis, violisq; hyacinthi,  
Purpureis ludunt lilia cincta rosis.

Te tamen O HEROS sapientum in veste micantem  
Dum specto, doctes dumq; silendo cano,

Non ego non alios Phæbos lunasq; bicornes  
Expeto, namq; tuus sydera obumbras, honor.

Ergo dum DOCTOR redoles, redoletq; palestra,  
In te, crede, Dei prouit alius odor.



Nicolai Alemanni Doct.  
& Theologi.

EPIGRAMMA.

*V* Exit Rheda Rheam gemino suffulta leone,  
Applausitq; Dea vividus orbis honos.

*H*erois magni spectes si gesta, triumphos  
Si mirere, animi germina siq; legas,

*V*nus odor dicet lateat quod numen in arce  
Mentis, quam rarus subsit in arte decor.

*Scilicet, & robor testatus, & alta IACOBI .*  
*Dona animi, nomen summa per astra trahet.*

*O te felicem sapiens cui currus, & artes:*  
*Hic dicere Rheam puraq; in axe Dea.*





# Comitis Octavij Petrae

## EPIGRAMMA

**P**ost varios casus, vasti post hausta laboris  
 Pocula, post longa speramq; metumq; via,  
 Ostia felici pertingis ductus ab auras,  
 Hesperidumq; hortos, prataq; amana subis;  
 Hic tibi iam tandem meritam connecte coronam,  
 Ac laetos vita DOCTOR habeto dies.



Vitres

## Demetrii Zacrae I.V.D.

## EPIGRAMMA.

**V**itreæ spæra sinu vibratos concipit ignes;  
Admotusq; faces fomes ab igne rapit.

Te si quis videat, si quis cognoscat, amore  
Ardet, & immisso lumine corda fouet.

Miraris, doctoris ego dum pector in ignes?  
Est ignis, viuo pectus & igne tumet.

At tu dum volucris revolas per sydera mente;  
Me quoq; perpetuis insere ODETTE choris.



D. 10 ANNIS AMBROSII  
Sannaſarj Seminarj Ticinensis  
Inſtitutoris.

Ad Foffanum Ciuitatem.

EPIGRAMMA.

**E**N tibi lata venit, ramumq; virentis oliuae  
E gremio, geſtans, miſſa columba tuo.

Extitit illa ſemel ſignum fulgentis olimpi,  
Cum repleta forent cuncta furentis aquae.

Illicet alma timor patrum qui corda tenebas  
Aufugis, dulces ac petiere domos.

Cur timeas olim tanto de corata triumpho?  
Emiſſus quondam pacis amator adest.



## Bartholomæi Trussij

## EPIGRAMMA.

**S**aepe hedera umbrifera paulatim serpit oliuae  
 Et ramis gaudet mitior illa sacris.

Inde nec ammoueras, moueas ni germen oliuae  
 Diligit arboreis non comes esse comis.

Quàm bene & ODETTVS baculo virtutis inheret,  
 Qui comite aeternus viuet, & ipsa viget.

Consilium mirare viri: nam caelica ut illa est  
 Sic iste: & solium, quod colit illa, colet.



Doctor

# Comitis Petri Mariæ Taurelli.

Vrbs I. C. alloquitur

EPIGRAMMA.

**D**Ōtor ODETTE Lares ut grādi mania iniſti  
Sic tuus in noſtrum pectus iniuit amor.

*Dum pariter fugies, fugiet num pectoris ardor?  
Stabit: ſi fugiet, te fugiente fugit.*

*O felix fuga, quæ fugiendo hinc, arctior haeres,  
Maioresq; faces mentis in arce paris.*

*At mage me felix FOSSANVM, nanq; virebit.  
Eucharis, & Charitos nobile ſtemma feret.*



DE



## Hectoris Villanouæ I. V. D.

DE EIVSDEM

IACOBI ODETTI I. C.

S T E M M A T E

E P I G R A M M A.

**I**upiter arridet, cingis dum tempora lauro,  
 Et nova letitia dat monumenta sua.

Quid censes? mittit geminas ad gaudia stellas;  
 Plura daremque; inquit; sed timeo Invidiam.

Idem

DE EIVSDEM

D I S T I C O N.

**V**irtutis qui scire tuos ambiret honores;  
 Sydera si videat, dicet. Ab axe venis.

Secundi Garretti Feudatarij  
& Collegij Ghislerij  
Alumni.

DE EIVSDEM

EPIGRAMMA.

**V**irtutis dum Pallas amat tibi ferre coronam;  
Iupiter illustrata fronte dedit.

Pallas ubi gemma? At gemmas ne sedula quaras;  
Accipe pro Gemmis sydera; dono lubens.

Idem

DE EIVSDEM

DISTICON.

**N**on IACOBE potes virtutem abscondere; Stella  
In pulchro clamant stemmate. Clarus homo es.

Si



Michaelis Ade Doct.  
Phisici.

DE EIVSDEM

EPIGRAMMA.

**S**i nautis niteat Castor; Polluxq; serena  
Hac tempestatis signa futura, ferunt.

Plaudite Pierides; Castor, Polluxq; refulget  
Qualia letitia sydera, signa dabunt.

Idem

DE EIVSDEM

DISTICON.

**C**um Cruce quid gemine fulgent in stēmate stellae  
Omnia virtutis sunt monumenta tuae.



# Ioannis de Rubeis Acade- mici Olimpici.

DE EIVSDEM

EPIGRAMMA.

**S**ol nisi cum cecidit, pulcherrima sydera fulgent?  
At tua cum claro sydera sole micant.

An tua qua terris radiant, Cælestia vincunt  
Sydera; teq; hilari sole nitente nitent?

Idem

DE EIVSDEM

DISTICON.

**Q**uid geminata micant in stemmate sydera? dicam  
Præmia doctrina pandet uterq; Polus.

## Ioannis Baptistæ Laboranti

DE EIVSDEM

EPIGRAMMA:

**A** *Vratum triplicem iactat tibi stema columnam;*  
*Maior an Herculeo robore plura potes?*

*Ille duas tantum potuit; tu triplice gaudes;*

*Amphitryoniadem vincere forte putas?*

*Si rediuisa forent magni Herculis ora, referrent*

*Iam docto Alcidi vis mea cede minor.*



B 3

21100

## CINTHII PASSI

DE EIVSDEM

EPIGRAMMA.

**Q**uas video geminas radiare in stemmate stellas,  
 Has potuit fulgor num peperisse tuus?

Mutatus ne fuit doctrinae in sydera splendor?

A te vel capiunt sydera sole decus?

Vera loquar Sol es IACOBEE; & sydera sole

A te suscipiunt quidquid honoris habent.



*Jupiter*

VINCENTII BINDINELLI  
Phisici

## C A R M E N.

**I**uppiter quæso referas, Olympo  
Alma num semper residet Minerva?  
Aut humo certe similem dedisti

Tempore nostro.

Fulget ut Phabus super astra ODETTVS.

Mente sic virtus sociæ inter omnes

Iuris est spendor, decus atq; nostri

Gloria seclis.

Dum duo hic denas Tabulas recludit,

Explicat leges veterumq; sanctas.

Dum nodos Plebis dubios resoluit;

Ardua cunctis.

Dum rapit doctas hominumq; mentes,

Arte miranda referans suprema,

Certe, & in terris facile, haud secundum

Dixeris esse.

Ille tum. Baldus, Deciusq;, Paulus,

Alter en vobis erit iste ODETTVS.

Heroes tandem numeretur inter

Morte carentes.

B

4

Quid.

Petri Portæ I. V. D.

ANAGRAMMATISMVS.

IACOBVS ODETTVS

SIT TOGATO DECVS

**Q**uidquid amat, docta coniunctum Pallade luces,  
 Quidquid & eloquitur Pallados arte fuit.

Palladias ergo Nympha deducite in arces,

Palladia quem artes, quemq; aluere sales.

Sitq; triumphanti dulcissima vita TOGATO,

Sit DECVS aeternum, perpetuusq; dies.



Quas

## Francisci Campegij.

## E L E G I A.

**Q**uas iuvas Aonidas prima coluisse iuventa,  
 Quae pueros summis nos aluere iugis,

Nondum Castalios mihi dant haurire liquores;  
 Astraumq; negant nos habitare nemus.

Vt, quae discupimus nobis sacra antra recludi,  
 Illuc ut ne quis sit penetrare labos;

Ille, ille, ab, misero videam me claudier uni,  
 Musarumq; sacris me prohiberi adijs.

Nec valeo arentem siccis depellere labris  
 Quaeq; avidas fauces urit anhela; sitim;

At si Pierios dabitur penetrare recessus,  
 Quo nunc flagrant nitimur ire viam;

Si mihi concedent largos recludere fontes,  
 Quarum sacra fero, numina Thespiadum;

Carminibus tollam ad Caelum, qua fronde perenni  
 Circundant meritas laurea serta comas.

Praemia

*Pramia virtutis dicam, quæ parva labore  
Sunt tibi pro meritis quæque soluta canam.*

*Quæ maiora manent decora, & virtutis honores,  
Prædicam, haud falsis lusus imaginibus.*

*Cantabunt alij interea, qui festa peragranti  
Interiora specus, Castalianamq; bibunt.*

*Hi me carminibus vincunt. Certare canendo  
Ausim si doctis carmine; stultus ego.*

*Contendens Bubo Philomelis occinet ipsis:  
Anser olorinas obstreper inter aves.*



*Viderat*



# Petri Oliuerij Antuer- piensis

## E L E G I A

**V**iderat alma Themis raras latitare IACOBI  
Ingenij doctes in Pedemonte vago.

Viderat, & commota pio clamavit amore,  
Non sic ignavos currere laudo dies.

Ipete praclari Gymnasia docta Ticini,  
Illic ingenio lumina clara micant.

Obstupuit bona verba Dea, Patria q̄; relicta  
Carpit iter, clamans, Patria chara vale!

Patria chara vale; iuvat indulgere labori,  
Exhibita ut possim commoditate frui.

Non ne mihi nigra merse caligine mentes  
Auribus obtusis si renegem Themedam?

Carpit iter, celeratq̄; gradus: hac dicta refellens,  
Dulcis amor patria dulce videre suos.

**Nec**

*Nec male consuluit, celebres nunc scandit honores;  
Ex montis fundo culmen adire parat.*

*Ille fuit cecus qui (dum Themis alma vocaret)  
Bellona fratris maluit arma sequi.*

*Ille fuit cecus qui (dum Themis alma vocaret)  
Mercurij placuit sub ditione regi.*

*Ille fuit cecus qui (dum Themis alma vocaret)  
Sedit in immitti conspiciendus equo.*

*Ille fuit cecus qui (dum Themis alma vocaret)  
Mundi blanditijs liquit abire dies.*

*Non hac IACOBVM duxere à tramite recto,  
Exijt in vacuos machina cassa nothos.*

*Dulcia sed meruit postquam gustavit amara,  
Nubeq; translapsa lumine Phæbus adest.*

*Tu modo qui Doctor placido metra excipe vultu  
Lota lues nullo pierij amne gregis.*

*Tam Cælo è parva qua pauper donat acerra  
Munera, quam grandi, qua data lance placent.*

*Quid*

## Antonij Iustiniani

## EPIGRAMMA.

**Q**uid mihi Olympiaci celebras spectacula cursus,  
Certamenq; nouo musa lepore canis?

An quia frondenti Victor spectabilis orno  
Mania prouectus, rupia subibat ouans?

Ecquis honor currenti? ecqua laus? puluere digna,  
Pulvere, & exiguo puluerulenta peris.

Nobilis at fertur dum docta in mania Doctor  
Emicat in doctis uisus corona comis.

Ergo si virtute praeit, virtutis honores  
Semper honorato carmine musa refer:



De eodem

## EPIGRAMMA.

**A**rdua magnanimus scandit leo culmina montis,  
Regia quem inuitant praemia, honorq; trahit

Non illum sudor, rigidae sentesq; retardant,  
At pede praecipiti munera ad alta volat.

Te Leo Magnanimus, nullis devictis periculis,  
Te notat, ac cedit viribus ille tuis.

Semper anhelanti nam pectore vidis euntem,  
Urbs tua, teq; colit, quem Diademma colit.



Bilbilita

## Hieronymi Boslij

## EPIGRAMMA

**B**ililici mea Musa chelym cum carmine vatis  
 Non habet unde togam, vel tua ferta canat.


Illi namq; datur laurus pro fronde canenti,

Silvestris buxus fistula proq; lyra.

Tollere ad astra tuum nec possum nomen, ad astra

Quid tuba, crede mihi, tollere sola potest.





## Nicolai Mozanece I. V. D.

## De impresso in Orbem Serpente

O D E.

**V**elox Accipiter secans,  
 Alarum tremulis aethera motibus  
 Oras transit hydaspicas  
 Hinc urbes penetrat, & circuit aquora  
 Immergi aquoreo iuvat  
 Fluctuq, ut recreet pectora frigidis  
 Undis fessa laboribus.  
 Offendit Medijs tandem adamantinum  
 In pratis lapidem indicis:  
 Merces apta suis quam bene cursibus.  
 Sulcasti pelagus ferum  
 O D E T T E ingenio, Palladium mare  
 Exasti: Ecce adamas, via  
 Merces aqua tua, quod tibi caelitus  
 Descendit, digiti aureus  
 Orbis, cui adamas enitet, an notat  
 Dacta mentis opes tua?  
 Virtutes adamas ingenij notat.

I D E M

D E E O D E M

E P I G R A M M A .

**D**elecent, alios Tauri, perq̄, & quora Pisces,  
Delphines, vel equi, pergravis aut Elephas.

Delectent alios Aquila, volucresq̄, Deorum.

Currus, vel Phæbi fulgor, & arma Iouis.

Sit tibi precunctis prudens Serpentis Imago,

Vnus precunctis Anguis, & Orbis erat.





# Cosmæ de Zerbis Genuensis.

## EPIGRAMMA.

**S** Quameus inuoluens fera terga volumine Serpens,  
Horridus erigitur corpore, pelle ferox

Libera contorques dein sibila, multa colubrum  
Corpora per terras voce tonante cadunt.

Te quoq; magna decent insignia, pectore prudens,  
DOCTOR dum erigeris, Pallados arte potens.

Ergo quæ te vel linguæ, dentesq; minaces  
Mordebunt? Stabunt. VTRAQ; IVRA TIBI.



Augustini Badalini Collegij  
Borromæi Alumni.

DE EODEM  
EPIGRAMMA.

**E**Xiit antiquas variato tergore squamas  
Anguis, & aurato tegmine serpit Humum.

Symbola nosse cupis? sunt hæc insignia signa  
Virtutis, quam alio pectore ODETTVS habet.

Ecce IACOBÆ novum, veterem spoliatus, amictum  
Induis, & Virtus mox tibi amictus eris.

Vestis cerne decus; cedit tibi Iasonis aureum  
Vellus, Romana Casareumq; Togæ.



*Inclitæ*

COMITIS  
 Felicis Bertolani Collegij  
 Borromæi Alumni.

ANAGRAMMATISMVS.

IACOBVS ODETTVS  
 ADEST VOBIS CATO.

**I**nclita Romuleum mirata est Roma Catonem  
 Quem lata leges, & data iura colunt.

Tollet IACOBVM pariter Roma aliera ODETTVM;  
 Hauriet hinc leges sacraq; iura petet.

Grāmata vertis? ADEST VOBIS CATO, surgit, & aquū  
 Omini erit, nomen, nomini & omen erit.



C 3

Arbor

## Antonij Sfortiæ

## EPIGRAMMA.

**A**rbor, quæ varijs surgit pulcherrima baccis,  
Pulchrior insertis floribus orbe micat.

Hinc fluit, implicitis gemmato vellerẽ, ramis,  
Crinibus auratis nobile stemma tuis.

Facta Patrum monumenta legens ex arbore flores  
Colligito, atq; tuos sic imitare Duces:



## Alexandri de Alexandris

## EPIGRAMMA.

**F**loridulos decorata sinus distincta Hyacinthis,  
 Vividus unde color surgit, & unde rubor?  
 Unde odor exhalans animum, mentesq; serenans,  
 Mitis & aura unde est, sol tibi & unde? refer?  
 Splendor ODETTHEVS viuos afflavit honores  
 Nomen, & aethereas sustulit usq; plagas.  
 Talia si splendor, poterit quid Phœbus? ODETTE  
 Per te, crede, alti Regia solis ero.



Petri Camilli Beccariae  
Ticinensi

Ode I.

**A** vsus nescius Icarus  
 Insuetum per iter Poli  
 Pertentare plagas misit  
 Pennis, sydereas, nimis  
 Infirmis; dedit aequori  
 Nomen fluctis sono summo,  
 Alas nam cereas iubar  
 Soluens aethere decidit.  
 Phaebas Phaeton equos  
 Aversos male dum regit  
 Audax fulmine fictili  
 Percussus Iouis, est datus  
 Praeceptis in liquidas Padis  
 Undas (heu miserum casum)  
 Sic Chlio cupiens leuis  
 Non rectum per iter tuae  
 Sedes scandere gloriae  
 Pennis praecipiti, & nimis

*Infirma*

Infirma ingenij, cadit  
 Rerum pondere pergravi  
 Magnarum obruta; nec satis  
 Præbet tua præmia  
 Vidicam, & celebrem canam  
 Laudem promeritam, & decus;  
 Ornat Aonides comas  
 Doctas, & tibi stemmata  
 Imponunt capiti noua  
 Crines condecorat chorus  
 Auratos alacer tuos  
 Docta Palladis; aonia  
 Orpheus trœcicus fide  
 Virtutem sonat, & decus  
 Dulci Delius, & lyra  
 Insignem Sophiam canit.  
 Sed quid cum nequeant satis  
 Laudes tollere ad æthera?  
 Hos nostrum sequitur Chelis.  
 Ausa est (en fateor) leue  
 Carmen mittere si modo  
 Grandi tu sapientia  
 Tolles; sydera fulgida  
 Sublimi feriet manu.

E I V S D E M

## Ode II.

**M**E rogat virtus generosa mittam  
 Carmen, & summa meritorum loquela  
 Versibus pandam, celebresq; dicam  
 Carmine laudes.

Me Toga pellit decus, & potestas,  
 Et modo partus sophia triumphus,  
 Laurea, & prestans honor, & sub almo  
 Pectore virtus.

Civis es gratus, Papatia atq; alumnus,  
 Civis es civis pius inter omnes,  
 Civis es clarus, mage lucidusq;  
 Lumine Phabi.

Qualis, & candens adamas lapillos  
 Vincit eos; veniet planetas  
 Qualis atq; inter niveo corusca  
 Lumine Luna.

Qualis auratus super astra primus  
 Cynthius lucet, superatq; qualis  
 Armiger fulvus volucres Tonantis  
 Aethere pietas.

Non



Non secus doctæ sonitus loquela,  
 Non secus clari pietas amictus  
 Non secus virtus memoranda nobis  
 Omnia præstat.

Et viros claros nitet inter omnes,  
 Et togatorum decus, & triumphum  
 Et peritorum celebrem coronam  
 Mens tua vincit.

Quid feram? tantum celebrare pectus  
 Quid queat? pondus retinere Chlio  
 Non potest virtus renitens, per Orbem  
 Cætera dicas.



Insignem

## Ode III.

**I** nsignem cupio tibi  
**A** ut laudem nitido texere tegmini,  
**C** aste aut ferre decus toga  
**O** rnatum ingenio Pallados innuba,  
**B** ella, aut stemmata texere;  
**V** el gemmis nitido gurgite qua nitent,  
**S** eu tellus parit Indica  
**O** rnatur fluvius vel quibus indicus  
**D** iues, caruleus, rapax,  
**E** t felix, nequeunt premia gloria  
**T** antae afferre decus polsi  
**T** eq; efferre, sacro & stemmate  
**V** incire; at rogo Musa sit  
**S** ertum; munus erunt hac mihi; laus tibi.

Iris,

ELOGION ACHROSTICHON  
IACOBVS ODETTVS.



**I**ris, I ter, Iustus, Iudex, Iustitia, Iberus,  
**A**mphora, Amans, Adamas, Alcides, Amnis, Apollo,  
**C**ygnus, Capsa, Cibus, Candor, Custodia, Castus,  
**O**ptimus, Ostrum, Odor, Ornamentū, Orator, Oliua,  
**B**uccina, Beta, Bonus, Bombus, Bōbarda, Benignus,  
**V**as, Victor, Vestis, Vigilans, Victoria, Virtus,  
**S**pica, Salus, Splendor, Solamen, Stella, Smaragd<sup>9</sup>,  
**O**rpheus, Omen, O pes, Ornatus, Olympus, Orion,  
**D**ux, Doctus, Donum, Dominus, Diadema, Diana,  
**E**mpirion, Effigies, Eques, Electrum, Eucharis, Echo,  
**T**urtur, Temperies, Toga, Tempe, Teda, Triūphus,  
**T**uris, Tibus, Thorax, Templū, Testudo, Tyara,  
**V**eridicus, Ver, Vis, Viola, Vindemia, Vita,  
**S**cepterū, Sedulitas, Semen, Sors, Stemma, Supernus

Aegifona

EIVSDEM

## EPIGRAMMA.

**A** Gisona ut nitido cinctum te Pallas amictu  
 Vidit, & ornantem pectora docta togam.  
 Adituit admirans claros herois honores,  
 Excepitq; sinu te Dea pulchra suo.  
 Dehinc Ticini ornatum celsa te sede locavit  
 Dixit hic est vobis dux, honor, atq; quies.

EIVSDEM

## EPIGRAMMA.

**D**VM FOSSANAE tuos celebres miratur honores  
 Caesaream faciem mens putat esse solo.  
 Dum FOSSANAE tuas Musas miratur amoenas  
 Magniloqui credit pectora Virgilij.  
 Dum FOSSANAE tuum eloquium miratur, & artem  
 Facundum nobis Tullium adesse putat;  
 Dum FOSSANE pios animos miratur, eorum  
 Delapsum Aligerum sydere fert nitido  
 En quantum virtus donet, redit ecce sub Orbe  
 Aliger, & Caesar, Tullius atq; Maro.  
 Non datur ODETTI clara praconia laudis  
 Cuncta referre; tamen nomina docta canam.

Hansis

INCERTVS  
 Prædictorum Poetarum  
 Nomine

Hoc Epigramma dicat, ac donat.

**H** Ausit Alexandro quantam deferre galero  
 Posset aquam miles, cessit & ore suis

Munera parua dedit, fateor, pergrata sed alto  
 Regi, namq; animus pauperis altus honor.

Sic tibi DOCTOR ouans si munera parua dicamus  
 Si tenui laudes pingimus arte tuas.

Ne paruum munus cerne, indignere verendum est  
 Ast animi robur magna volentis habe.

## IN ZOILVM.

**V**T Leo nemeus rapido vorat omnia dente,  
Nec miserum cessat dilaniare pecus,

Zoile mordaci lingua sic carmina carpis;

Carpere si cupias, hac sine; carpe tua.

Carpetur tandem tibi fama, & lingua maligna;

Carpere carpetur quiq; aliena cupis.

FINIS.

